Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 222

[S.l.], [3. Drittel des 8. Jh.]

Epistola Iudes

urn:nbn:de:bsz:31-20204

Visual Library

pax tibi. salutant te amici. saluta
amicos per nomen.

EXPLICIT EPISTOLA IOHAN. III.

INCIPIT EPISTO IUDES IIII

Iudas ihu xpi seruus frater autem iacobi.
his qui in deo patre dilectis &
ihu xpo conseruatis & uocatis
misericordia uobis & pax & caritas
adimpleatur karissimi omnem so
licitudinem faciens scribendi
uobis de communi uestra salute
Necesse habui scribere uobis
deprecans supercertari semel
traditae scis fidei. subintroierunt
enim. quidam homines qui olim
praescripti sunt in hoc iudicium impii.
dni nri gratiae transferentes.
In luxuriam & solum dominatorem
& dnm nrm ihm xpm negantes.
Commonere autem uos uolo. scientes
semel omnia. qm ihs populum
de terra aegypti saluans secundo

eos qui non crediderunt per^di^dit
angelos uero qui non seruauerunt
suum principatum. sed dereliquerunt
sunt [erased] suum domicilium.
In iudiciū magni diei. uinculis aeter
nis sub caligine ^iudicii^ reseruabit.
Sicut sodoma. & gomorra
& finitime ciuitates simili
modo ex fornicate. & ab
euntes post carnem
alteram. facte sunt exemplū
ignis aeterne. poenam susti
nentes similiter. & hi car
nem quidem maculant domi
nationem autem spernunt
maiestatem autem. blasphemant
cum michael archangelus
cum diabolo. disputans al
tercaretur. de moysi corpore.
non est ausus iudicium inferre
blasphemiae ^SED DIXIT^ imperet tibi dominus.
hi autem quaecumque quidem
ignorant blasphemant

quaecumque autem naturaliter
tamquam muta animalia norunt
in his corrumpuntur
Uae illis quia uia cain habierunt
et errore balaam merce-
de effusi sunt . et contra dictio-
ne chore perierunt hi sunt in e-
pulis suis maculae conuiuantes
sine timore . semet ipsos pascen-
tes nubes sine aqua . quae uentis
circumferuntur arbores au-
tumnales infructuosae bis mor-
tuae eradicatae fluctus feri
maris despumantes suas con-
fusiones sidera errantia .
quibus procella tenebrarum
in aeternum seruata est .
Prophetauit autem et de his
septimus ab adam enoch dicens
ecce uenit dominus in sanctis milibus suis fa-
cere iudicium contra omnes
et arguere omnes impios de omnibus
operibus iniquitatis eorum quibus impie
impii egerunt et de omnibus

duris quae loquti sunt contra eum.
peccatores impii. hi sunt mur mora
tores quaerellosi secundum de
sideria sua ambolantes. & os
illorum loquitur superbia mi
rantes personas quaestus causa.
Vos autem karissimi memores estote
verborum quae praedicta sunt
ab apostolis dni nri ihu xpi qui
dicebant vobis quoniam novissimo
tempore venient inlusores
secundum sua desideria ambo
lantes impietatum. hi sunt qui
segregant animales spm non
habentes. Vos autem karissimi sup
aedificantes vosmet ipsos sanc
tissimae vestrae fidei in spu sco
orantes ipsos vos in dilectione di
servate. & hos quidem arguite
iudicatos. illos vero seducite de ig
ne rapientes. aliis autem miserere
mini in timore odientes
& eam quae carnalis est macu
latam tunicam. X [exspectantes misericordiam dni nri]
[ihu xpi in vitam aeternam]

Ei autem. qui potest [ens] uos con
seruare sine peccato.
& constituere ante. cons
pectum. gloriae suae inma
culatos. ~~in exultatione~~ soli deo [in aduentu dni nri ihu xpi]
saluatori nro per ihm xpm
dnm nrm. gloriae magnifi
centia imperiũ. & potestas.
ante omnia saecula. amen.
~~& in omnia saecula saeculorum amen~~

EPISTOLA IUDE APOSTOLI
EXPLICIT DO GRATIAS AMEN

IIII